

Universitätsbibliothek Wuppertal

Orationvm Marci Tvl. Ciceronis

Accesserunt breues animaduersiones ex doctissimorum hominum
commentariis, quibus ita loci permulti explicantur, vt vulgo receptæ
lectionis vbique ratio habeatur

Cicero, Marcus Tullius

Lvgdvni, 1586

Oratio XXXVII: In L. Pisonem

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-343](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-343)

uatum officium, me non ingratum præstabo. Atq; hoc uelim probare omnibus, patres conscripti: sed leuissime feram, si forte aut ijs minus probaro, qui meum inimicum, repugnante uestra auctoritate, texerunt; aut ijs, si qui me cum inimico suo reditum in gratiam uituperabunt, cum ipsi & cum meo, & cum suo inimico in gratiam non dubitarint redire.



P. B. IN L. PISONEM.

ORATIO XXXVII.

Deest principium.

Ammne uides bellua? iamne sentis, quæ sit hominum querela frontis tuæ? nemo queritur Syrium nescio quem de grege nouitiorum factum esse cõsulem. non enim nos color iste seruilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt: oculi, supercilia, frons, uultus deniq; totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in errorem homines impulit: hic eos quibus erat ignotus, decepit, fefellit, * induxit. Pauci ista tua lutulenta uitia noueramus, pauci tarditatem ingenij, stuporem, debilitatemque linguæ. numquam erat audita uox in foro: numquam periculum factum consilij: nullum non modo illustre, sed ne notum quidem factum, aut militia, aut domi. obrepisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile habes nihil, præter colorem. Is mihi etiam gloriabitur, se omnes magistratus sine repulsa affecutum: mihi ista licet de me uera cum gloria prædicare. omnes enim

enim honores populus Romanus mihi ipsi homini nouo
 detulit. Nam tu, cum quaestor es factus, etiam qui te nun-
 quam uiderant, tamen illum honorem nomini mandabant
 tuo. Aedilis es factus: Piso est a populo Romano factus,
 non iste Piso. Praetura item maioribus delata est tuis, noti
 erant illi mortui: te uiuum nondum nouerat quisquam, me
 cum quaestorem in primis adilem priorem, praetorem pri-
 mum cunctis suffragijs populus Romanus faciebat, homini
 ille honorem, non generi, moribus, non maioribus meis; uir-
 tuti perspecta, non audita nobilitati deferebat. Nam quid
 ego de consulatu loquor? parto uis, anne gesto? miserum
 me, cum hac me peste, atque labe confero: sed nihil com-
 parandi causa loquar: ac tamen ea, quae sunt longissime
 disincta comprehendam. Tu consul es renuntiatus (nihil
 dicam grauius, quam quod omnes fatentur) impeditis reip.
 temporibus, dissidentibus COS S. Casare, & Bibulo, cum
 hoc non recusares, quin ij, a quibus dicebatur consul, te luce
 dignum non putarent, nisi ne quior, quam Gabinius, existi-
 tisses. me cuncta Italia, me omnes ordines, me uniuersa
 ciuitas non prius tabella, quam uoce priorem consulem de-
 clarauit. Sed omitto, ut sit factus uterque nostrum: sit sane
 fors domina campi, magnificentius est dicere, quemadmo-
 dum gesserimus consulatum, quam quemadmodum cepe-
 rimus. Ego Kalendis Ian. senatum, & bonos omnes legis
 Agrariae, maximarumque largitionum metu liberaui. Ego
 agrum Campanum, si diuidi non oportuit, conseruaui:
 si oportuit, melioribus auctoribus reseruaui. Ego in C.
 Rabirio perduellionis reo x l. annis ante me consulem,
 interpositam senatus auctoritatem sustinui contra inui-
 diam, atque defendi. Ego adulescentes bonos, & fortes,
 sed usos ea conditione fortunae, ut si essent magistratus
 a de

P. 30.

adepti, reipubl. statum conuulsuri uiderentur, meis inimicitijs, nulla senatus mala gratia, comitorum ratione priuauit. Ego Antonium collegam, cupidum prouincia, multa in republ. molientem, patientia, atque obsequio meo mitigauit. Ego prouinciam Galliam senatus auctoritate, exercitu, & pecunia instruxim, & ornatam, quam cum Antonio communicauit (quod ita existimabam tempora

P.B. reipub. ferre) in concione deposui reclamante populo Romano. Ego L. Catilinam cadem senatus, interitum urbis, non obscure, sed palam molientem, egredi ex urbe iussi: ut, a quo legibus non poteramus, mœnibus tuti esse possemus. Ego tela extremo mense consulatus mei intentam iugulis ciuitatis de coniuratorum nefarijs manibus extorsi. Ego faces iam accensas ad huius urbis incendium comprehendi, protuli, exstinxim. Me Q. Catulus princeps huius ordinis, & auctor publici consilij frequentissimo senatu parentem patriæ nominauit. mibi hic uir clarissimus, qui propter te sedet, L. Gellius, his audientibus, ciuicam coronam deberi a republ. dixit. mibi togato senatus, non, ut multis, bene gestæ, sed, ut nemini, conseruatæ reipubl. singulari genere supplicationis deorum immortalium templa patefecit. Ego, cum in concione abiens magistratu dicere a tribuno pleb. prohiberer, quæ constitueram; cumque is mibi tantummodo ut iurarem, permitteret: sine ulla dubitatione iurauit, rempubl. atque hanc urbem mea unius opera esse saluam: Mibi populus Romanus uniuersus illa in concione non unius dici gratulationem, sed æternitatem, immortalitatem donauit, cum meum iusurandum tale, atque tantum iuratus ipse una uoce, & consensu approbauit. Quo quidem tempore is meus domum fuit e foro reditus, ut nemo, nisi, qui mecum esset,

ciuium

ciuium esse in numero uideretur. Atq; ita est à me consu-
 latus peractus. ut nihil sine consilio senatus, nihil, non ap-
 probante populo Rom. egerim; ut semper in rostris cu-
 riam, in senatu populum defenderim; ut multitudinem cum
 principibus, equestrem ordinem cum senatu coniunxe- P. 81.
 rim. Exposui breuiter consulatum meum. Aude nunc, ô
 furia, de tuo dicere: cuius fuit initium ludi compitalitij,
 tum primum facti post L. Metellum, & Q. Marcium
 C O S S. contra auctoritatem huius ordinis: quos Q. Me-
 tellus (facio iniuriam fortissimo uiro, mortuo, qui illum;
 cuius paucos pares hæc ciuitas tulit, cum hac importuna
 bellua conferam) sed ille designatus consul, cum quidam
 tribunus pl. b. suo auxilio magnos ludos contra senatus-
 consulum facere iussisset, priuatus fieri uetuit: atque id,
 quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate. Tñ,
 cum in Kalend. Ian.* compitaliorum dies incidissent, Sex,
 Clodium, qui nunquam antea prætextatus fuisset, ludos
 facere, & prætextatum uolitare passus es, hominem impu-
 rum, atque non modo facie, sed etiam oculo tuo dignissi-
 mum. Ergo, his fundamentis positis consulatus tui, tri duo
 post, inspectante, & tacente te, à P. Clodio, fatali portento,
 prodigioq; reipub. lex Aelia, & Fufia euersa est, propu-
 gnacula, muriq; tranquillitatis, atq; otij. Collegia, non ea
 solum, quæ senatus sustulerat restituta sunt, sed innumera-
 bila quadam noua ex omni. face urbis, ac seruitio consti-
 tuta. Ab eodem homine, in stupris inauditis, nefarijsque
 uersato, uetus illa magistra pudoris, & modestia seueritas
 censoria sublata est. cum tu interim bustum reipub. qui te
 consulem tum Romæ dicis fuisse, uerbo numquam signifi-
 caris sententiam tuam tantis in naufragijs ciuitatis. Non-
 dum, quæ feceris, sed, quæ fieri passus sis, dico: neque uero

multum interest, praesertim in consule, utrum ipse perni-
 ciosis legibus, improbis concionibus reipub. uexet, an
 P. B. alios uexare patiatur. An potest ulla esse excusatio non
 dicam male sentienti, sed sedenti, cunctanti, dormienti in
 maximo reipub. motu consuli? centum prope annos legem
 Aeliam, & Fufiam tenueramus, quadringentos iudicium,
 * notionemque censoriam: quas leges ausus est non nemo
 improbus (potuit quidem nemo) conuellere: quam pote-
 statem minuere, quo minus de moribus nostris quincto
 quoque anno iudicari tur, nemo tam effuse petulans co-
 natus est. Haec sunt, o carnifex, in gremio sepulta consul-
 tus tui. Persequere connexos his funeribus d. es. Pro Au-
 relio tribunali, * ne commiuentem te, quod ipsum esset
 scelus, sed etiam hilarioribus oculis, quam solitus eras in-
 tuente delectus ieruorum habebatur ab eo, qui nihil sibi
 unquam nec facere, nec pati turpe ess. duxit: arma in tē-
 plo Castoris, o proditor templorum omnium, uidente te,
 constituebantur ab eo latrone, cui templum illud fuit, te
 consule, arx ciuium perditorum, receptaculum ueterum
 Catilinae militum, castellum forensis latrocinij, bustum le-
 gum omnium, ac relig. onum. Erat non solum domus mea,
 sed totum Palatium senatus, equitibus Rom. ciuitate omnis,
 Italia cuncta refertum: cum tu non modo ad eum Cicero-
 nem (mitto enim domestica, quae n. gari possent: haec com-
 memoro, quae sunt palam) non modo, inquam, ad eum, cui
 primam comitijs tuis dederas tabulam praerogatiuae, quae
 in sinatu sententiam rogabas tertium, nunquam affi-
 rasti: sed omnibus consilijs, quae ad me opprimendum pa-
 rabantur, non interfuisti solum, uerum etiam crudelissime
 praesfuisti. Mihi uero ipsi coram genero meo, propinquo
 tuo, quae dicere ausus es: egere, * foris esse Gabinium: sine
 pro

provincia stare non posse: spem habere à tribuno pleb. si tua
 consilia cum illo * continxisse; a senatu quidem despe- P. 82.
 rasse: huius te cupiditati obsequi, si uti ego fecissem in col-
 lega meo: nihil esse, quod presidium consulum implora-
 rem, sibi quemque consulere oportere. Atque hæc dicere
 nix audeo. uereor, ne quis sit, qui istius insigni nequitiam
 frontis inuolutam integumentis nondum cernat. dicam ta-
 men. ipse certe agnoscat, & cum al quo dolore flagitiorum
 suorum recordabitur. Meministine, cænum, cum ad te
 quinta fere hora cum C. Pifone uenissem, nescio quo è
 gurgustio te prodire, inuoluta capite, soleatum? & cum
 isto ore fetido teterrimam nobis popinam inbalasses,
 excusatione te uti ualitudinis; quod diceres, uinolentis te
 quibusdam medicaminibus solere curari? quam nos caus-
 sam cum accepissemus (quid enim facere poteramus?)
 paulisper stetimus in illo gænearum tuarum nidore, atque
 fumo: unde tu nos, cum improbissime respondendo, tum
 turpissime eruendo, eiecisti. idem illo fere biduo produ-
 ctus in concionem ab eo, cui sic æquatam præbebas con-
 sulatum tuum, cum esses interrogatus, quid sentire de
 consulatu meo: grauis auctor, Calatinus credo aliquis, aut
 Africanus, aut Maximus, & non Cæsonius semiplacenti-
 nus Caluentius, respondes, altero ad frontem sublato, altero
 ad mentum depresso supercilio, crudelitatem tibi non pla-
 cere. Hic te ille homo dignissimus tuis laudibus collauda-
 uit. Crudelitatis tu, furcifer, senatum consul in concione
 condemnas? non enim me, qui senatui parui, nam delatio
 illa salutaris, & diligens fuerat consulis: animaduersio
 quidem, & iudicium, senatus. quæ cum reprehendis, osten-
 dis, qualis tu, si ita forte accidisset, fueris illo tempore
 consul futurus. stipendio, mehercule, & frumento Catili-
 m m m 2 nana

P. B. nam esse putasses iuuandum. quid enim interfuit inter Ca-
 tilinam, & eum, cui tu senatus auctoritatem, salutem ciui-
 tatis, totam rempub. prouinciae premio uendidisti? Quae
 enim L. Catilinam conantem consul prohibui, ea P. Clo-
 dium facientem consules adiuuerunt. uoluit ille senatum
 interficere; uos sustulistis: leges incendere; uos abrogastis:
 interire patriam; uos adiuuistis. Quid est uobis C O S S.
 gestum sine armis? incendere illa coniuratorum manus uo-
 luit urbem, uos eius domum, quem propter urbs incensa no-
 est. ac ne illi quidem, si habuissent uestri similem consu-
 lem, de urbis incendio cogitassent. non enim se teetis pri-
 uare uoluerunt: sed, his stantibus, nullum domicilium sce-
 leri suo fore putauerunt. eadem illi ciuium, uos seruitutem
 expetistis. hic uos etiam crudeliores, huic enim populo ita
 fuerat ante uos C O S S. libertas insita, ut emori potius,
 quam seruire praestaret. Illud uero geminum consilium Ca-
 tilinae, & Lentuli, quod me domo mea expulistis, Cn. Pom-
 peium domum suam compulistis. neq; enim, me stante, &
 manente in urbis uigilia, neq; resistente Cn. Pompeio, om-
 nium gentium uictore, umquam se illi rempub. delere posse
 duxerunt: a me quidem etiam poenas expetistis, quibus
 coniuratorum manes mortuorum expiaretis: omne odium
 inclusum nefariis sensibus impiorum in me profudistis:
 quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinae busto uobis
 ducibus mactatus essem. Quod autem maius indicium ex-
 spectatis, nihil inter uos, & Catilinam interfuisse, quam
 quod eandem illam manum ex intermortuis Catilinae re-
 liquis concitastis, quod omnes undiq; perditos collegistis.
 quod in me carcerem effudistis, quod coniuratos armastis,
 quod eorum ferro meum corpus, atque omnium bonorum
 uitam obicere uoluistis? Sed iam redeo ad praeclearam
 illam

illam concionem tuam. Tu es ille, cui crudelitas displicet? P. 83.
 cui, cum senatus luctum, ac dolorem suum uestis mutatione declarandum censuisset, cum uideres mære rempub. amplissimi ordinis luctu: ô noster misericors, quid facis? quod nulla in barbaria quisquam tyrannus. omitto enim illud, consulem edicere, ut senatus senatusconsulto ne obtemperet: quo fædus nec fieri, nec cogitari quidquam potest. ad misericordiam redeo eius, cui nimis uidetur senatus in conseruanda patria fuisse crudelis. Edicere est ausus cum illo suo pari, quem tamen omnibus nitius superare cupiebat, ut senatus, contra, quam ipse censuisset, ad uestitum rediret. quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus, ut eos, quos luctu afficeret, lugere non sineret? mærorem relinquit, mæroris aufers insignia: eripis lacrymas non consolando, sed minando. Quod si uestem non publico consilio patres conscripti, sed priuato officio, aut misericordia mutauissent; tamen id iis non licere per interdicta crudelitatis tuæ, potestatis erat non ferendæ: cum uero id senatus frequens censuisset, ordines reliqui tam ante fecissent; tu ex tenebricosa popina consul extractus, cum illa saltatrice tonsa, senatum populi Rom. occasum, atq; interitum reip. lugere uetuisti. At quærebat etiam paullo ante de me, quid suo mihi opus fuisset auxilio? cur non meis inimicis, meis copiis restituissem? quasi uero non modo ego, qui multis sæpe auxilio fuisssem, sed quisquam tam inops fuerit umquam, qui isto non modo propugnatore tutiorem se, sed aduocato, aut adstipulatore paratiorem fore putaret. Ego istius pecudis, ac putidæ carnis consilio scilicet, aut presidio nitui uolebam; ab hoc eiecto cadauere quidquam mihi aut opis, aut ornamenti exspectabam? Consulem ego tum requirebam: consulem, inquam, non illum quidem, quem in hoc P. 8.

animali inuenire non possem, qui tantam reipub. causam
 gravitate, & consilio sue tueretur, sed qui, tanquam trun-
 cus, atq; stipes, si stetit modo, posset sustinere tamen ti-
 tulum consulatus. Cum enim esset omnis causa illa mea
 consularis, & senatoria, auxilio mihi opus fuerat & con-
 sulus, & senatus: quorum alterum etiam ad perniciem
 meam erat à nobis consulibus conuersum, alterum reipub.
 penitus ereptum. Attamen, si consilium exquiris meum,
 neque ego cessissem, & me ipsa suo complexu patria te-
 nuisset, si mihi cum illo bustuario gladiatore, & tecum, &
 cum collega tuo decertandum fuisset. alia enim causa præ-
 stantissimi uiri Q. Metelli fuit: quem ego ciuem meo iu-
 dicio cum deorum immortalium laude coniungo: qui C. illi
 Mario fortissimo uiro, & C. O. S. & sextum consuli, &
 eius inuictis legionibus, ne armis confingeret, cedendū esse
 duxit. Quod mihi igitur certamen esset huiusmodi? cum C.
 Mario scilicet, aut cum aliquo pari, an cum altero* barba-
 ro Epicuro, cum altero Catilina laternario? quos neque,
 hercule, ego, neq; supercilium tuum, neq; collega tui cym-
 bala, ac crotala fugi: neq; tam fui timidus, ut qui in maxi-
 mis turbinibus, ac fluctibus reipub. nauem gubernassem,
 saluamq; in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, tum
 collega tui contaminatum spiritum pertimescerem. alios
 ego uidi uentos: alias prospexi animo procellas: aliis im-
 pendentibus tempestatibus non cessi, sed his unum me pro
 omnium salute obtul. Itaque discessu tum meo omnes illi
 nefarii gladij de manibus crudelissimis exciderunt: cum
 quidem tu, ô uicors, & amens, cum omnes boni abditi,
 inclusi, & mererent, empla gement, tecta ipsa urbis lu-
 gerent, complexus es illud funestum animal ex nefariis
 surpris, ex civili cruore, ex omnium scelerum importuni-
 tate

tate, & flagitiorum impunitate concretum. atq; eodem in templo, eodem & loci uestigio, & temporis, arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti. Quid ego illorum d. erum epulas, quid lætitiã, & gratulationem tuã, quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperatissimas perpotator. es prædicem? quis te illis diebus sobrium, quis agẽtem aliquid, quod esset libero dignum, quis deniq; in publico uidit? cum collegæ tui domus cantu, & cymbalis personaret: cumq; ipse nudus in conuiuio saltaret. in quo ne tum quidem, cum illum suum saltatorium uersaret orbem, fortunæ rotam pertimescebat. hic autem non tam concinnus heluo, nec tam musicus iacebat in suo Græcorum fœtore, atq; uino. quod quidem istius in illis reip. luctibus, * quasi aliquod Lapitharum, aut Centaurorum conuiuium ferebatur: in quo nemo potest dicere, utrum iste plus biberit, an uomuerit, an effuderit. Tu etiam mentionem facies consulatus tui? aut te fuisse Romæ cõsulem dicere audebis? quid tu in lictoribus, in toga, & prætexta esse consulatum putas? quæ ornamenta etiam in Sex. Clodio, te consule, esse uoluisti. * huius tu Clodiani canis insignibus consulatum declarari putas? animo consulem esse oportet, consilio, fide, grauitate, uigilantia, cura, toto deniq; munere consulatus, omni officio. ego consulem esse putem, qui senatum esse in repub. non putauit? & sine eo consilio consulem numerem, sine quo Romæ ne reges quidem esse potuerunt? Etenim illa iam omitto: cum seruorum delectus haberetur in foro, arma* in templo Castoris, luce, & palam comportarentur: id autem templum, sublato aditu, reuulsis gradibus, a coniuatorum reliquijs, atque a Catilinæ præuaricatore quòdam, tum ultore, armis teneretur: cum equites Romani relegarentur, uiri boni lapidibus e foro pellerentur, senatũ

non solum iuuare rempub. sed ne lugere quidem liceret:
 cum ciuis is, quem hic ordo, assentiente Italia, cunctij. ue
 gentibus, conservatorem patriæ iudicaret, nullo iudicio,
 nulla lege, nullo more, seruitio, atque armis pelleretur, non
 dicã auxilio uestro, quod uere licet dicere, sed certe licet si-
 lentio: tum Romæ fuisse consules quisquam existimabit?
 Qui latrones igitur, si quidem uos consules? qui prædones,
 qui hostes, qui proditores, qui tyranni, nominabuntur?
 Magnum nomẽ est, magna species, magna dignitas, magna
 maiestas consulis. non capiunt angustia pectoris tui, non
 recipit leuitas ista, non egestas animi, nõ infirmitas inge-
 nij sustinet, non insolentia rerum secundarum tantam per-
 sonam, tam grauem, tam seueram. Sephasia, me hercule, ut
 dici audiebam, te ut primum aspexit, campanum cõsulem
 repudiavit. Audierat Decios, Magios, & de Taurea illo
 Tubelio aliquid acceperat: in quibus si moderatio illa, quæ
 in nostris solet esse consulibus, non fuit: at fuit, pompa, fuit
 species, fuit incessus, saltem Sephasia dignus, & Capua. Ga-
 binium deniq; si uidissent duumuirum uestri illi unguen-
 tarij: citius agnouissent. erant illi compti capilli, & ma-
 dentes cincimorum fimbria, & fluentes, cerussatæque
 bacca, digna Capua, sed illa uetere. nam hæc quidem,
 quæ nunc est splendidissimorum hominum, fortissimorum
 uirorum, optimorum ciuium, mihiq; amicissimorum mul-
 titudine redundat: quorum Capuæ te prætextatum nemo
 aspexit, qui non gerneret oesiderio mei: cuius consilio, cum
 p. 35. uniuersam rempublicam, tum illam ipsam urbem memi-
 nerant esse seruata, me inaurata statua donarant, me pa-
 tronum unum asiuerant, a me se habere uitam, fortunas,
 liberos arbitrabantur: me & presentem contra latrocinij
 tuum suis decretis, legatisque defenderant, & absentem,
 prin

principe C. Pompeio referente, & de corpore reip. tuo-
 rum scelerum tela reuellente, reuocant. An tu eras con-
 sul, cum in Palatio mea domus ardebat, non casu aliquo,
 sed ignibus iniectis, insiigante te? Et quod in hac urbe
 manus umquā incendium fuit, cui non cōsul subuenerit? At
 tu illo ipso tempore apud socrum tuam prope à meis edi-
 bus, uisus domū ad meam exhauriendā patefeceras, sede-
 bas non exstinctor, sed auctor incendiij, & ardentes faces
 furijs Clodianis p̄ne ipse consul ministrabas. An uerò re-
 liquo tēpore consulem te quisquam duxit? quisquā tibi pa-
 ruit? quisquam in curiā uementi assurrexit? quisquā consu-
 lenti respondendum putauit? numerādus est ille annus: de-
 nicue in rep. cū obmutuisset senatus, iudicia conuicuis-
 sent, mererent boni, uis latrociniij uestri tota urbe uolita-
 ret, neque ciuis unus ex ciuitate, sed ipsa ciuitas tuo, &
 Gabiniij sceleris, furorijq; cessisset? At ne tum quidem emer-
 sisti, lutulente Casonine, ex miserimis natura tua sordi-
 bus, cū experevta tādē uirtus clarissimi uiri celeriter
 & uerum amicum, & optime meritum ciuem, & suum
 primum morem requisiiuit: neque est ille uir passus, in ea
 rep. quam ipse decorarat, atq; auxerat, diu ius uestrorum
 scelerū pestem morari: cū tamen ille, qual scūq; est, qui est
 ab uno te improbitate uictus Gabinius, collegit ipse se
 uix, sed collegit tamen, & contra suum Clodium primum P. B.
 simultate, deinde non libēter, ad extremum tamen pro Cn.
 Pompeio uere, uehementē: que pugnauit. Quo quidem in
 sp. Etia uolo mira populi Rom. aequitas erat: uter eorum pe-
 risset, tanquam lanista, in eiusmodi pari lucrum fieri pu-
 tabat: immortalem uerò quāstum, uterque cecidisset. Sed
 ille tamen agebat aliquid: tuebatur auctor tatem sum-
 mi uiri: erat ipse sceleratus, erat gladiator: cum scele-

rato tamen, & cum pari gladiatore pugnabat. Tu scilicet homo religiosus, & sanctus, factus, quod meo sanguine in pactione provinciarum iceras, frangere nolueris. cauerat enim sibi ille sororius adulter, ut, si tibi provinciam, si exercitum, si pecuniā ereptam ex reipublica uisceribus dedisset; omnium suorum scelerum socium te, adiutoremque praeberes. itaque in illo tumultu fracti fascies, ictus ipse: quot die tela, lapides, fugae: deprehensus denique cum ferro ad senatum is, quem ad Cn. Pompeium interimendum, collocatum fuisse constabat. Ecquis audiuit non modo actionem aliquam, aut relationem, sed uocem omnino, aut querelam tuam? consulem tu te fuisse putas, cuius in imperio, qui rempub. senatus auctoritate seruauat, idemque in Italia qui omneis omnium gentium partes tribus triumphis deuinxerat, is se in publico tuto statuit esse non posse? An tum eratis consules, cum quacunque de re uerbum facere cœperatis, aut referre ad senatum, cunctus ordo reclamabat, ostendebatque nihil esse uos acturos, nisi prius de me retulissetis. cum uos quamquam foedere obstricti tenebamini, tamen cupere uos diceretis, sed lege impediri: quæ lex priuatis hominibus esse lex non uidebatur, iniusta per seruos, incisa per uim, imposita per latrocinium, sublato senatu, pulsus e foro bonis omnibus, capta republica contra omnes leges, nullo scripta more: hanc qui se metuere dicerent, consules, non dicam animi hominum, sed fasti ulli ferre possunt? Nam, si illam legem non putabatis, quæ erat contra omnes leges, indemnati ciuis, atque integri capitis, bonorumque; tribunitia proscriptio; hac tamen obstricti pactione tenebamini: quis uos non modo consules, sed liberos fuisse putet, quorum mens fuerit oppressa præmio, lingua astricta mercede: si illa uos soli legē putabatis,

tabatis; quisquam uos consules tunc fuisse, aut nunc esse
 consulares putet, qui eius ciuitatis, in qua in principum nu-
 mero uultis esse, non leges, non instituta, non mores, non iu-
 ra noritis? An, cum proficisceremini paludati in provin-
 cias uel emptas, uel ereptas, consules uos quisquam puta-
 uit? Itaq; credo, si minus frequentia sua uestrum egressum
 ornando, atque celebrando; at hominibus saltem bonis, ut
 consules, non tristissimis, ut hostes, aut proditores prose-
 quebantur. Tu ne etiam immanissimum, ac scdissimum
 monstrum, ausus es meum discessum illum, testem sceleris,
 & crudelitatis tue, maledicti, & contumelia loco pone-
 re? Quo quidem tempore cepi, P. C. fructum immortalium
 uestri in me, & amoris, & iudicij, qui non admirationatio-
 ne, sed uoce, & clamore, abieci hominis, & semiuini furo-
 rem petulantiamque fregistis. Tu luctum senatus, tu desi-
 derium equestris ordinis, tu squalorem Italiae, tu curiae
 taciturnitatem annuam, tu silentium perpetuum iudicio-
 rum, ac fori, tu cetera illa in maledicti loco pones, qua
 meus discessus reipublice uulnera infixit? qui si calamito-
 sissimus fuisset, tamen misericordia dignior, quam contu-
 melia, & cum gloria potius esse coniunctus, quam cum
 probro putaretur: atque ille dolor meus duntaxat uestrum
 quidem scelus, ac dedecus haberetur. Tum uero forsitan
 hoc, quod dicturus sum, mirabile auditu esse uideatur: sed
 certe id dicam, quod sentio. Cum tantis a uobis, P. C. bene-
 ficij affectus sim, tantis honoribus, non modo illam cala-
 mitatem esse non duco, sed si quid mihi potest a republica
 esse seiuicti, quod uix potest, priuatim ad meum nomen au-
 gendū, optandū duco mihi fuisse illam expetendamq; fortu-
 nam. Atq; aut tuū letissimum diem cū tristissimo meo con-
 feram, utrū tandem bono uiro, & sapienti optabilius pu-
 tas

tas, sic exire è patria, ut omnes sui ciues salutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit: an, quod tibi in prouinciam proficiscenti euenit, ut omnes exferrentur, male precarentur, unam tibi illam uia, & perpetuam esse uellent? mihi medijs fidijs in tanto omnium mortaliu[m] odio iusto praesertim, & debito, quauis * fuga, quam ulla prouincia esset optatior. Sed perge porro. nam, si illud meum turbulentissimum tempus profectio[n]is, tuo tranquillo praestat, quid conferam reliqua, quae in te dedecoris plena fuerunt, in me dignitatis? Me Kalendis Ian. qui dies post obitum, occasumque nostrum reipub. primus illuxit, frequentissimus senatus, concursu Italiae, referente clarissimo, atque fortissimo uiro. P. Lentulo, consentiente* atque una uoce reuocauit. me idem senatus exteris nationibus, me legatis, magistratibusque nostris auctoritate sua consularibus litteris, non ut tu nuper dicere ausus es, orbatum patria, sed ut senatus illo ipso tempore appellauit, ciuem * conseruatorem reip. commendauit. ad meam unius hominis salutem senatus auxilium omniu[m] cuncta ex Italia, qui reipub. saluam esse uellent, consulis uoce, & litteris implorandum putauit: mei capitis seruandi causa Romani uno tempore, quasi signo dato, Italia tota conuenit: de mea salute P. Lentuli praestantissimi uiui, atq; optimi consulis, Cn. Pompeij clarissimi, atq; inuictissimi ciuis, ceterorumq; principum ciuitatis celeberrimae, & gratissima, conciones fuerunt. de me senatus ita decreuit, Cn. Pompeio auctore, & eius sententia principe, ut si quis impedisset reditum meum, in hostium numero putaretur: usque uerbis eadem senatus auctoritas declarata est, ut nemini triumphus honorificentius, quam mihi salus, restituitioq; per scripta. de me, cum omnes magistratus promulgassent, praeter unu[m] praetorem,

rem, à quo non fuit postulandum fratrem inimici mei, prae-
 terque duos de lapide emptos tribunos plebis, legem comi-
 tiis centuriatis iulii P. Lentulus consul de collega, Q. Me-
 telli sententia; quem mecum eadem republica, quae in tri-
 bunatu eius disjunxerat, in consulatu, uirtute optimi, ac
 iustissimi uiri, sapientiaque coniungit. Quae lex quemad-
 modum accepta sit, quid me atinet dicere? ex uobis audio,
 nemini cini ullam, quo minus adisset, * satis iustam ex-
 cusationem esse uisam: nullis comitiis nunquam neque mul-
 titudinem hominum tantam, neque splendorem fuisse. hoc
 certe uideo, quod indit tabula publica, nos rogatores,
 nos diribitores, nos custodes fuisse tabularum. Et quod in ho-
 noribus uestrorum propinquorum non facitis, uel aetatis ex-
 cusatione, uel honoris, id in salute mea, nullo rogante, uos
 uestra sponte fecistis. Confer nunc, Epicure noster, ex hara
 producte, non ex schola, confer, si audes, absentiam tuam, cum
 mea. Obtinuisti prouinciam consularem finibus iis, quos
 lex cupiditatis tuae, non quos lex generi tui pepigerat. nam
 lege Caesaris iustissima, atque optima, populi liberi,
 plane, et uere erant liberi: lege autem ea, quam nemo
 legem, praeter te, et collegam tuum, putauit omnis erat tibi
 Achaia, Thessalia, Aethiopia, cuncta Graecia addicta, ha-
 bebas exercitum tantum, quantum tibi non senatus, aut
 populus Rom. dederat, sed quantum tua libido conscripserat.
 ararium exhauseras. Quas res gessisti imperio,
 exercitu, prouincia consulari; quas res gesserit, quero? qui
 ut uenit statim, nondum commemoro rapinas, nondum exa-
 ctas pecunias, non captas, non imperatas, non neces socio-
 rum, non caedem hospitum, non perfidiam, non immanitatem,
 non scelera praedico: mox, si uidebitur, ut cum fare, ut cum sa-
 crilego, ut cum sicario disputabo: nunc meam spoliatam
 for

P. B.

fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris.
 Quis umquam provinciam cum exercitu obtinuit, qui nul-
 las ad senatum litteras misit? tantam uero provinciam
 cum tanto exercitu, Macedoniam praesertim, quae tanta bar-
 barorum gentes attingunt, ut semper Macedonicis impera-
 toribus idem fines provinciae fuerint, qui gladiatorum, atque
 pilorum: ex qua aliquot praetorio imperio, * consulari
 quidem nemo rediit, qui incolumis fuerit, quin triumphari-
 rit. est hoc nouum: multo illud magis. appellatus est hic
 Vulturius, illius provinciae (si diis placet) imperator. ne-
 tum quidem, Paulle noster, tabulas Romam cum laurea
 mittere audebas? nisi, inquit, quis umquam recitauit? quis,
 ut recitarentur, postulauit? nihil enim mea iam refert,
 ut um tu, conscientia oppressus scelerum tuorum, nihil um-
 quam ausus sis scribere ad eum ordinem, quem despexeras,
 quae affligeras, quae deleueras; an amici tui tabellas abdi-
 derint, iudemque silentio suotemeritatem, atque audaciam tuam
 p. 88. condemnarint. Atque haud scio, an malim te uideri nullo
 pudore fuisse in litteris mittendis, & amicos tuos plus ha-
 buisse & pudoris, & consilii, quam aut te uideri pudetio rem
 fuisse, quam soles; aut tuum factum non esse condemnatum
 iudicio amicorum. Quod si non tuis nefariis in hunc ordi-
 nem contumeliosius in perpetuum tibi curiam praecclusisses, quid
 tandem erat actum, aut gestum in * illa provincia, de quo
 ad senatum cum gratulatione aliqua scribi abs te oportere-
 rei? uexatio Macedoniae? an oppidorum turpis amissio? an
 sociorum direptio? an agrorum depopulatio? an munitio
 Thesalonicae? an obsessio militaris uiae? an exercitus nostri
 interitus ferro, fame, frigore, pestilentia? Tu uero, qui ad
 senatum nihil scripseris; ut in urbe nequior inuentus es,
 quam Gabinius, sic in provincia paullo tamen, quam ille
 de

demissior. nam ille gurgēs, atque heluo natus abdomini suo, non laudi, atque gloriæ, cum equites Rom. in provincia, cum publicanos nobiscum & uoluntate, & dignitate cōiunctos, omnes forunis, multos fama, utaq; priuassei, cum egisset aliud nihil * illo exercitū, nisi ut urbes depopularetur, agros uastaret, ex ha. uiret domos: ausus est (quid enim ille non audeat) a senatu supplicationem per litteras postulare. O dii immortales: tunc etiam, atque adeo uos gemina uoragines, scopulique reip. uos meam fortunam deprimitis? uestram extollitis? cum de me ea senatus consulta abs me facta sint, ea cōiciones habita, is motus fuerit municipiorum, & coloniarū omnium, ea decreta publicanorū, ea collegiorum, ea denique generum, ordinumque omnium, quæ ego non modo optare numquam audeo, sed cogitare non possem: uos autem sempiternas foedissimæ turpitudinis notas subieritis. An ego, si te, & Gabinium cruci suffi- P. B.
xos uiderem, maiore afficerer lætitia ex corporis uestri laceratione, quam afficior * ex famæ: nullum est supplicium putandum, quo affici casu ex aliquo etiam boni uiri, forteque possunt. Atque hoc quidem etiam isti tui dicunt uoluptarij Craci: quos utinam ita audires, ut erant audiendi: numquam te in tot flagitia ingurgitasses. uerum audis in præsepibus, audis in stupris, audis in cibo, & uino, sed dicunt ipsi, qui mala dolore, bona uoluptate defruiunt, sapienter etiam si in Phalaridis tauo inclusus, succēsis ignibus torreatur, d. Eturū tamen, si aue illud esse, se seque; ne tantulum quidem commoueri, tantam uirtutis esse uim uoluerunt, ut non posset unquam esse uir bonus non beatus, quæ est igitur pena? quod supplicium? id me a sententia quod accidere nemini potest, nisi nocenti: suscepta fraus, impedita & oppressa mens, bonorum odium, nota * iniusta sena
tus,

tus, amissio dignitatis. Nec mihi ille M. Regulus, quem Carthaginenses resecerunt palpebris, illigatum in machina, uigilando necauerunt, supplicio uidetur affectus, nec C. Marius, quem Italia seruata ab illo, demersum in Minturnensium paludibus, Africa deuicta ab eodem, expulsus, & naufragium uidit. fortuna enim ista tela sunt, non culpa: supplicium autem, est pœna peccati: neque uero ego si unquam uobis mala precarer, quod sepe feci, in quo dii immortales meas preces audierunt, morbum, aut mortem, aut cruciatum precarer. Thyesteia ista execratio est poetæ, uulgi animos, non sapientum, mouentia:

“ Ut tu naufragio expulsus usquam saxis fixus asperis,

“ Enisceratus latere pederes (ut ait ille) saxa spargēs tabo

P. 89. “ Sanie, & sanguine atro. Non ferrem omnino moleste, si ita accidisset: sed id tamen esset humanum, M. Marcellus, qui ter consul fuit, summa uirtute, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob uirritatem in gloria, & laude uiuit. in fortuna quadam est illa mors, non pœna putanda. Quæ est igitur pœna? quod supplicium? quæ saxa? quæ crucēs? esse duos duces in prouincijs populi Rom. habere exercitus, appellari imperatores: horum alterum sic fuisse infirmatum conscientia scelerum, & fraudū suarum, ut ex ea prouincia, quæ fuerit ex omnibus una maxime triumphalis, nullā sit ad senatum litteram mittere ausus. ex qua prouincia modo uir omni dignitate ornatissimus L. Torquatus, magnis rebus gestis, me referente, absens imperator appellatus est: unde his paucis annis Cn. Dolabellæ, C. Curionis, M. Luculli iustissimos triumphos uidimus, ex ea, te imperatore, nūtius ad senatum allatus est nullus. ab altero allata litteræ, recitata, & relatum ad senatum. dii immortales: id ne ego optarē, ut inimicus meus, ea, qua nemo

umquam ignominia notaretur? ut senatus is, qui in eam
iam benignitatis consuetudinem uenit, ut eos, qui bene
temp. gesserint nouis honoribus afficiat, & numero die-
rum, & genere uerborum: huius unius litteris nuntiati-
bus non crederet, postulanti-
bus denegaret? His ego rebus
pascor, his delector, his perfruo: quod de uobis hic ordo
opinatur non secus, ac de tate-
rribus hostibus: quod uos
equites Rom. quod ceteri ordines, quod cuncta ciuitas odit:
quod nemo bonus, nemo deniq; ciuis est, qui modo se ciuem
esse memin-
rit, qui uos non oculis fugiat, auribus respuat,
animo aspernetur, recordatione denique ipsa cōsulatus ue-
stri perhorrescat. Hæc ego semper de uobis experiri, hæc
optaui. hæc precatus sum. plura etiam acciderunt, quam
uellem. nam, ut amitteretis exercitum, numquam, meher-
cule, optaui. illud etiam accidit præter optatum meum, sed
ualde ex uoluntate. mihi enim non uenerat in mentem fu-
rorem, & insaniam optare uobis, in quam incidistis. at qui
fuit optandum. me tamen fugerat, deorum immortalium
has esse in impios, & consceleratos penas certissimas con-
stitutas. Nolite enim putare, P. C. ut in scena uidetis, ho-
mines consceleratos impulsu deorum terri fieri furiarum ta-
dis ardentibus: sua quemq; fraus, suum facinus, suum scelus,
sua audacia de sanitate, ac mēte deturbat. hæ sunt impio-
rum furia, hæ flamma, hæ faces. ego te non uecordem, non
furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste, aut
Athamāte dementiorem putem, qui sis ausus primum fa-
cere (nam id est caput) deinde paullo ante, Torquato gra-
uissimo, & sanctissimo uiro, premente, confiteri, te provin-
ciam Macedoniam, in quam tantum exercitum transpor-
tasses, sine ullo milite reliquisse? Mitto de amissa maxima
parte exercitus: sit hoc infelicitatis tuæ: dimittendi uero

P. B.

exercitus quam potes afferre causam? quam potestatem habuisti? quam legem? quod senatusconsultum? quod ius? quod exemplum? quid est aliud furere, nisi non cognoscere homines, non cognoscere leges, non senatum, nō ciuitatem? *cruentare corpus suum leue est, maior hac est uita, fama, salutis suae uulneratio. si familiā tuam dimisisses, quod ad neminem, nisi ad ipsam te pertineret, amici te tui cōstringēdum putarent. praesidium tu recip. custodiam prouinciae, in iussu populi, senatusq; dimisisses, si tuae mentis compos fuisses? Ecce tibi aliter, effusa iam maxima praeda, quā ex

P. 90. fortunis publicanorum, ex agris, uerbisq; sociorum exhauserat, cum partim eius praeda profunda libidines deuorassent, partim nona quadam, & in audita luxuries, partim etiam in his locis, ubi omnia diripuit, emptiones, partim permutationes ad hunc *Tusculani montem extruēdum; cum iam egeret, cum illa eius intermissa, & intolerabilis aedificatio constituisset: se ipsum, fasces suos, exercitum populi Romani, numen, interdictumq; deorū immortalium, responsa sacerdotum, auctoritatem senatus, iussa populi, nomen, ac dignitatem imperij regi Aegyptio uendit. cum fines prouinciae tantos haberet, quantos uoluerat, quantos optauerat, quantos mei capitis pretio* emerat, his se tenere non potuit; exercitum eduxit ex Syria, qui licuit extra prouinciam? tribuit se mercenarium commitem regi Alexandrino, quid hoc turpius? in Aegyptum uenit: signa contulit cum Alexandrinis, quāto hoc bellum, aut hic ordo, aut populus susceperat? cepit Alexandriam, quid aliud expectamus a furore eius, nisi ut ad senatum tantis de rebus gestis litteras mittat? hic si mētis esset suae, nisi poenas patriae, dijsq; immortalibus eas, quae grauissime sunt, furore, atq; insania penderet, ausus esset (mitto exire de

de provincia) educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum iniussu populi, aut senatus accedere? quæ cum plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia maiestatis, Iulia de pecuniis repetundis planissime uetant. si d. hac omitto. ille, si non accerrime fureret, auderet quam provinciam P. Lentulus, amicissimus huic ordini, cum & auctoritate senatus, & sorte haberet, interpõsita religione, sine ulla dubitatione deposuisset, eam sibi tum asciscere, cum, etiam si religio non impediret, mos maiorum tamen, & exempla, & grauissimæ legum poenæ uetarent. Et, quoniam fortunarum contentionem facere cepimus, de reditu Gabinij P. B. omittamus: quem etsi sibi ipse præciidit, ego tamen, os ut uideam hominis, expecto. Tuum si placet reditum cum meo conferamus. Ac meus quidem is fuit, ut a Brundisio usque Romam agmen perpetuum totius Italiæ uiderit. neq; enim regio fuit ulla, neq; municipium, neq; præfectura, aut colonia, ex qua non publice ad me uenerint gratulari. Quid dicam aduentus meos? quid effusiones hominum ex oppidibus, ac liberis: quid eos dies, qui, quasi deorum immortalium* festi, atq; sollempnes sunt apud omnes aduentu meo, redituq; celebrati: unius ille dies mihi quidē immortalitatis instar fuit, cum in patriam redij, cum senatū egressum uidi, populumq; Romanum uniuersam, cū mihi ipsa Roma prope conuulsa sedibus suis, ad complectendum conseruatorem suum progredi uisa est. quæ me ita accepit, ut non modo omnium generū, etatum, ordinum omnes uiri, ac mulieres, omnis fortunæ, ac loci, sed etiam moenia ipsa uideri uir, & tecta urbis, ac templa letari. Me consequentibus diuis in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quæ expularas, quæ incenderas, pontifices, consules, patres conscripti colloca-

uerunt: mibiq; (quod ante nemini) pecunia publica adificandam domum censuerunt. Habes reditum meum, cōfer nunc uicissim tuum: quandoquidem, amisso exercitu, nihil incolume domum, præter os illud pristinum tuum retulisti. qui primum, qua ueneris cū laureatis tuis lictoribus, quis scit? quos tu Meandros, dum omnes solitudines persequeris, qua diuerticula, flectionesq; quasisti? quod te municipium uidit? quis amicus inuitauit? quis hospes aspexit? nonne tibi nox erat pro die? non solitudo pro frequentia? caupona pro oppido? non ut redire ex Macedonia nobilis imperator, sed ut mortuus infamis referri uideretur? Romam uero ipsam fœdauit aduētus tuus. O familia nō dicam Calphurnia, sed Caluentia; neq; huius urbis, sed Placentini municipij, neq; paterni generis, sed brachatae cognationis de decus; quem admodum uenisti? quis tibi, non dicam horum, aut ciuium ceterorum, sed tuorum legatorum obuiā uenit? mecū enim L. Flaccus uir tua legatione indignissimus, atq; iis cōsiliis, quibus mecum in consulatu meo coniunctus fuit, ad conferendam remp, dignior, mecū fuit tum, cum te quidam non longe a porta cum lictoribus errantem uisum esse narret. scio item uirum fortem in primis, belli, ac rei militaris peritum, familiarem meum Q. Marcium, quorum tu legatorum pralio imperator appellatus eras, cum longe abfuisses, aduentu isto tuo domi fuisse otiosum. Sed quid ego numero, qui tibi obuiam non uenerint? cui dico uenisse pæne ueninem, ne de officiosissima quidem natione candidatorum, cum uulgo essent, & illo ipso, & multis ante diebus admoniti, & rogati, togulae lictoribus ad portam præsto fuerunt: quibus illi acceptis, sagula reiecerunt, cateruam imperatori suo nouam præbuerunt. sic iste à tanto exercitu, tanta prouincia, triennio post Macedonicus imperator

tor in urbem se intulit, ut nullius negotiatoris obscurissimi
 reditus umquam fuerit desertior: in quo me tamē, qui es set
 paratus ad se defendendum, reprehendit. cum ego Celi-
 montana porta introisse dixissem, sponse *me, ni Esqui- P. B.
 lina introisset, homo promptissimus lacessiuit. quasi uero
 id aut ego scire debuerim, aut uestrum quisquam audie-
 rit, aut ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modo ne
 triumphali: qua porta Macedonicis semper proconsulibus
 ante te patuit. tu inuentus es, qui consulari imperio prædi-
 tus, ex Macedonia non triumphares. At audistis, P. C. phi-
 losophi uocē. negauit se triumphi cupidū umquam fuisse.
 O scelus, o pestis, o labes. cum extinguebas senatum, uen-
 debas auctoritatem huius ordinis, addicebas tribuno pleb.
 consulatum tuum, rempub. euertebas, prodebas caput, &
 salutem meam mercede prouinciæ: si triumphum non cu-
 piebas, cuius tandē rei te cupiditate arsisse defendes? sepe
 enim uidi, qui & mihi, & ceteris cupidiores prouinciæ ui-
 derentur, triumphī nomine tegere, atq; celare cupiditatem
 suam. hoc modo D. Silanus consul in hoc ordine, hoc meus
 etiam collega dicebat. neq; enim quisquam potest exerci-
 tum cupere, aperteq; petere, ut non prætexat cupiditatem
 triumphī. Quod si te senatus, si populus Rom. aut non ap-
 petentem, aut etiam recusantem, bellum suscipere, exerci-
 tum ducere coegisset; tamen erat angusti animi, atque de-
 missi, iusti triumphī honorem, atq; dignitatem contempnere.
 nam ut leuitatis est inanem aucupari rumorem, ut omneis
 umbras etiam falsæ gloriæ consectari: sic * leui est animi,
 lucem, splendoremq; fugientis, iustam gloriam, quid est fru-
 ctus ueræ uirtutis honestissimus, repudiare. Cum uero non
 modo non postulante, atq; cogente; sed inuito, atq; oppresso
 senatu, non modo nullo populi Romani studio, sed nullo fe-

vrente suffragium libero, provincia tibi ista manupretium
 fuerit euersa super te, & perditæ ciuitatis: cūque omnium
 tuorum scelerum hæc pactio exiterit, ut, si tu totam rem-
 pub. nefariis latronibus tradidisses, Macedonia tibi ob
 P. 92. eam rem, quibus tu simibus uelles, traderetur: cum exhau-
 riebas ararium: cum orbabas Italiam iuuentute: cum ma-
 re uastissimum hyeme transibas: si triumphum contemne-
 bas, quæ te, prædo amentissime, nisi præda, ac rapinarum
 cupiditas tam cæca rapiobat? Non est integrum Cn. Pom-
 peio consilio iam uti tuo. errauit enim. non gustarat istam
 tuam philosophiam. ter iam homo stultus triumphauit.
 Crasse, pudet me tu: quid est, quod confecto formidolosis-
 simo bello, coronam illam lauream tibi tantopere decerni
 uolueris a senatu? P. Seruili, Q. Metelle, C. Curio, P. Afri-
 cane, cur non hunc audistis tam doctum hominem, tam
 eruditum, prius quam in istum errorem induceremini? C.
 ipsi Pontinio, necessario meo iam non est integrum: reli-
 gionibus enim, susceptis, impeditur. Ostultos Camillos, Cu-
 rios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos.
 ô amentem Paullum, rusticum Marium, nullius consilij
 patres istorum amborum consulum, qui triumpharint. Sed,
 quoniam præterita mutare non possumus: quid cessat hic
 homulus ex argilla, & luto fictus Epicureus dare hæc
 præclara præcepta sapientiæ clarissimo, & summo impe-
 ratori genero suo? fertur ille uir, mihi crede: gloria flagrat,
 ardet cupiditate iusti, & magni triumphij: non didicit ea-
 dem ista quæ tu mitte ad eum libellum. & si iam ipse co-
 ram congregari poteris, meditare, quibus uerbis incensam
 illius cupiditatem comprimas, atque restingas. ualebis
 apud hominem uolitantem gloriæ cupiditate uir mode-
 ratus, & constans, apud indoctum eruditus, apud gene-
 rium

rum focer. dices enim, ut es homo facetus, ad persuaden-
 dum concinnus, perfectus, politus è schola: Quid est, Cæ-
 sar, quod te supplicationes toties decreta, tot dierum, tan- P. B.
 to opere delectent? in quibus homines errore ducuntur,
 quas dii negligunt, qui (ut noster ille diuinus dixit Epicu-
 rus) neque propitij cuiquam esse solent, neque irati. Non
 facies fidem scilicet, cum hæc disputabis. tibi enim & esse,
 & fuisse deos uidebit iratos. uertes te ad alteram scho-
 lam, differes de triumpho. Quid tandem habet iste cur-
 rus? quid uincti ante currum duces? quid simulacra op-
 pidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati in
 equis, & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa
 pompa? inania sunt ista, mihi crede, delectamenta pene
 puerorum, captare plausus, uehi per urbem, conficere uelle.
 quibus ex rebus, nihil est quod solidum tenere, nihil quod
 referre ad uoluptatem corporis possis. quin tu me uides,
 qui, ex qua provincia T. Flaminius, L. Paullus, Q. Me-
 tellus, T. Didius innumerabiles alij leui cupiditate com-
 moti, triumpharunt, ex ea sic redij, ut ad portam Esquili-
 nam, Macedonicam lauream conculcarim; ipse cum ho-
 minibus quindecim male uestitis ad portam Cælimonta-
 nam sitiens peruenerim? quo in loco mihi libertus præcla-
 ro imperatori domum ex hac die biduo ante conduxerat,
 qua uacua si non fuisset, in campo Martio mihi taberna-
 culum collocassem. nummus interea mihi, Cæsar, neglectis
 triumphalibus ferculis, domi manet, & manebit. rationes
 ad ærarium retuli continuo, sicut tua lex iubebat: neque,
 alia ulla in re legi tuæ parui, quas rationes si cognoriss,
 intelliges nemini plus, quam mihi litteras profuisse. ita
 enim sunt perscriptæ scite, & litterate, ut scriba ad æra-
 rium qui eas retulit, perscriptis rationibus, secum ipse ca-

P. 93. put sinistra manu perficans, commurmuratus sit. Ratio quidem hercle apparet; argentū * æbeta. Hac tu oratione non dubito, quin illum iam ascendentem in currum possis renocare. O tenebræ, ô lutum, ô sordes, ô paterni generis oblite, materni uix memor: ita nescio quid istud fractum, humile, demissum, sordidum, inferius etiâ est, quam ut Mediolanensi præcone, auo tuo dignum esse uideatur. L. Crassus homo sapientissimus nostræ ciuitatis, spiculis prope scrutatus est Alpes, ut, ubi hostis non erat, tibi triûphi causam aliquam quæreret. Eadē cupiditate uir summo ingenio præditus C. Cotta nullo certo hoste flagrauit. eorum neuter triumphauit, quod alteri illum honorem collega, alteri mors ademit. Irrisa est abs te paullo ante M. Pisonis cupiditas triumphandi; a qua te longe dixisti abhorre. qui, etiam si minus magnum bellum gesserat, ut abs te dictum est; tamen istum honorem contemnendum non putauit. Tu eruditior quam Piso, prudentior quam Cotta, abundantior consilio, ingenio, sapientia, quam Crassus, ea contemnis, quæ illi idiotæ, ut appellas, præclara duxerunt. Quod si reprehendis, quod cupidi lauræ fuerint, cum bella aut parua, aut nulla gessissent: tu, tantis nationibus subactis, tantis rebus gestis, minime fructum laborum tuorum, præmia periculorum, uirtutis insignia contemnere debuisti. neque uero contempsisti, licet sis Themista sapientior. sed os tuum ferreum senatus cōsilio uerberari nobuisti. iam uides, (quoniâ quidem ita tibi met sui inimicus, ut me tecum compararem) & digressum meum, & absentiam, & reditum ita longe tuo præstitisse, ut tibi illa omnia immortalem gloriam dederint; tibi sempiternâ

P. R. turpitudinem inflixerint. Num etiam in hac quotidiana, assidua, urbanaque uita splendorem tuum, gratiam, celebrit

britatem domesticam, operam forensam, consilium, auxilium, auctoritatem, sententiam senatoriã nobis, aut, ut, uerius dicam, cuiquam es infimo, ac desperatissimo antelaturus? Age, senatus odit te, quod eum tu facere iure cõcedis, afflictorem, & perditorem non modo dignitatis, & auctoritatis, sed omnino ordinis, ac nominis sui: uidere equites Romani non possunt, ex quo ordine uir prestantissimus

* L. Aelius est te cõsule relegatus: plebs Romana perditum cupit, in cuius tu infamiam ea, quæ per latrones, per seruos de me egeras, contulisti: Italia cuncta execratur, cuius item tu superbissime, decreta, & preces repudiasti. Fac huius odij tãti, ac tam uniuersi periculũ, si audes, instãt post hominum memoriam apparatissimi, magnificentissimiq; ludi, quales non modo nunquam fuerunt, sed ne quomodo fieri quidem posthac possint, possum ullo pacto suspicari. da te populo, committe ludis, sibi iam metuis? ubi sunt uestre scholæ? ne acclametur? ne id quidem est curare philosophi, manus tibi ne afferãtur, times. dolor enim est malum, ut disputas: existimatio, dedecus, infamia, turpitude, uerba sunt, atq; ineptiæ, sed de hoc non dubito, nam nõ audebit accedere ad ludos, conuiuium publicum non dignitatis causa inibit (nisi forte, ut cum P. Clodio, hoc est, cum amoribus suis cenet) sed plane animi sui causa. ludos nobis idiotis relinquet: solet enim in disputationibus suis oculorum, & aurium delectationi, abdominis uoluptates anteferre. nam quod uobis iste tãtummodo improbus, crudelis, olim surunculus, nunc uero etiã rapax, quod sordidus, quod contumax, quod superbus, quod fallax, quod perfidiosus, quod impudens, quod audax esse uideatur: nihil scitote esse luxuriosus, nihil libidinosus, nihil proteruius, nihil nequius, luxuriam autẽ in isto nolite hanc cogitare. est enim

P. 94.

nnn s

qua

quædam, quamquam omnis est vitiosa, atq; turpis, tamen ingenuo, ac libero dignior. nihil apud hunc lautum, nihil elegantis, nihil exquisitum (laudabo inimicum) ne magnopere quidem quiddam præter libidines sumptuosum: torcuma nulli, maximi calices, & hi, ne cõtemnere suos uideatur. Placentini: exstructa mensa non conchylijs, aut piscibus, sed multa carne subrancida: serui sordidati ministrant, nonnulli etiam senes: idem coquus, idẽ atriensis: pistor domi nullus, nulla cella, panis, & uinum* a propola, atq; de cupa: Græci stipati quini in lectulis; sæpe plures: ipse solus bibitur usq; eo, dum, de folio ministretur: ubi galli cantum audiuit, auum suum reuixisse putat: mensam tolli iubet. Dicit aliquis, Vnde tibi hæc nota sunt: non mebercule, contumeliæ causa de scribam quemquam, præsertim ingeniosum hominem, atque eruditum; cui generi esse ego iratus, ne si cupiam quidem, possum. Est quidam Græcus, qui cum isto uiuit, homo, uere ut dicam, (sic enim cognoui) humanus; sed tamdiu, quamdiu cum alijs est, aut ipse secum. is, cũ istum adolescentem iam tum cum hac dijs irata fronte uidisset, non fugit eius amicitiam, cum esset præsertim appetitus: dedit se in consuetudine, sic, ut prorsus una uiueret, nec fere ab isto unquam discederet. Non apud indoctos, sed ut ego arbitror, in hominum eruditissimorum, & humanissimorum cœtu loquor. audistis profecto dici, philosophos Epicureos, omnes res, quæ sunt homini expetendæ, uoluptate metiri. recte, an secus, nihil ad nos; aut, si ad nos, nihil ad hoc tempus. sed tamen lubricum genus orationis adolescenti non acriter intelligẽti est sæpe præceptis. Itaq; admissarius iste, simulatq; audiuit a philosopho uoluptatem tãtospere laudari, nihil expiscatus est: sic suos sensus uoluptarios omnes incitauit, sic ad illius hæc orationem adhin-

P. B.

nisi.

nit, ut non magistrum uirtutis sed auctorem libidinis a se
 illum inueniunt arbitraretur. Græcus primo distinguere,
 atque diuidere illa, quemadmodum dicerentur: iste clau-
 dius (quomodo aiunt) pilam retinere: quod acceperat testi-
 ficari, tabulas obsignare uelle, Epicurum desertum* dicere.
 & tamen dicit, opinor, se nullum bonum intelligere posse,
 demptis corporis uoluptatibus. Quid multa? Græcus fa-
 cilis, & ualde uenustus, nimis pugax contra senatorem
 populi Romani esse uoluit. est autem hic, de quo loquor
 non philosophia solum, sed etiam litteris, quod fere ceteros
 Epicureos negligere dicunt, perpolitus. Poema porro
 facit ita festiuum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fe-
 ri possit argutius. in quo reprehendat eum licet, si qui
 uult, modo leuiter, non ut impurum, non ut improbum,
 non ut audacem, sed ut Græcubum, ut assentatorem, ut
 poetam. deuenit, aut potius incidit in istum eodem dece-
 ptus supercilio Græcus, atque aduena, quo tam sapiens, &
 tanta ciuitas, reuocare se non poterat familiaritate impli-
 catus, & simul inconstantia famam uerebatur: rogatus,
 inuitatus, coactus, ita multa ad istum de isto quoque scri-
 psit, ut omnes hominis libidines, omnia supra, omnia tena-
 rum, conuiuorumq; genera, adulteria deniq; eius delica-
 tissimis uersibus expresserit: in quibus, si quis uelit, possit
 istius tamquam in speculo uitam intueri: ex quibus multa
 a multis lecta, & audita recitarem, nisi uererer, ne hoc ip-
 sum genus orationis, quo nunc utor, ab huius loci more ab-
 horreret. & simul de ipso, qui scripsit, detrahi nihil uolo.
 qui, si fuisset in discipulo comparato meliore fortuna, for-
 tasse austerior, & grauior esse potuisset: sed eum casus in
 hanc consuetudinē scribēdi induxit, philosopho ualde indi-
 gnā: siquidē philosophia, ut fertur, uirtutis cōtinet, & offe-

cij, & bene uiuendi disciplinam: quam qui profitetur, gra-
 uissimam mihi sustinere personam uidetur. sed idem casus
 illum* gnarum, quid profiteretur, cū se philosophum esse di-
 ceret, istius impurissimæ, atque intemperantissimæ pecudis
 cæno, & sordibus inquinauit: qui modo cum res gestas, cō-
 sultatus mei collaudasset (quæ quidē laudatio hominis tur-
 pissimi mihi ipsi erat pæne turpis) * Non illa tibi, inquit,
 inuidia nocuit, sed uersus tui. Nimis magna pœna te consu-
 le, constituta est siue malo poetæ, siue libero. scripsisti enim
 uersus, Cedant arma togæ. quid tum? hæc res tibi fluctus
 illos excitauit. at hoc, nusquam, opinor, scriptum fuisse in
 illo elogio, quod, te consule, in sepulchro reipubl. incisum
 est, Velitis, iubeatis, ut quod Marcus Cicero uersum fece-
 rit, sed quod uindicarit. Veruntamen, quoniam te non
 Aristarchum, sed Phalarim grammaticum habemus, qui
 non notam apponas ad malum uersum, sed poetam armis
 persequare: scire cupio, quid tandem isto in uersu repre-
 hēdas, Cedant arma togæ. Tuæ dicis, inquit, togæ summum
 imperatorem esse cessurum. quid nunc te, asine, literas do-
 ceant? non opus est uerbis, sed fustibus; nō dixi hæc togam,
 qua sum amictus, nec arma, scutum, * & gladium iunius
 imperatoris: sed, quod pacis est insigne, & oriū toga; contra
 autem arma, tumultus, atque belli: * more poetarum locu-
 tus, hoc intelligi uolui, bellum, ac tumultum paci, atq; ocio
 concessurum, Quære ex familiari tuo Græco illo poeta: pro-
 babit genus ipsum, & agnoscat, neq; te nihil sapere mira-
 bitur. At in illo altero, inquit, hæres, Concedat laurea* lin-
 guæ. Immo me hercule habeo tibi gratiā hererē enim, * nisi
 tu expedisses. nam, cū tu timidus, ac tremens tuis ipse sua
 cissimis manibus detractā cruētis fascibus laureā ad por-
 tã Esquilinā abiecasti; indicasti non morbo amplissimæ, sed
 etiam

etiam minima laudi lauream concessisse. atque ista ratione hoc tamen intelligi, scelerate, uis: Pompeium inimicum mihi isto uersu esse factum: ut, si uersus mihi nocuerit; ab eo, quem is uersus offenderit, uideatur mihi perniciem esse quaesita. Omitto, nihil istum uersum pertinuisse ad illum: non fuisse meum, quem, quantum potuissim, multis saepe orationibus, scriptisque; decorassem, hunc uno uiolare uersu. Sed sit offensus primo, nonne compensabit cum uno uersiculo tot mea uolumina laudum suarum? Quod si est commotus, ad perniciem me, non dicam amicissimi, non ita de sua laude meriti, non ita de republica, non consularis, non senatoris, non ciuis, non liberi; in hominis caput ille tam crudelis propter uersum fuisse? tu quidem, tu, apud quos, de quo dicas, intelligis? complecteris amplissimos uiros ad tuum, & Gabinij scelus; neque id occulte, nam paullo ante dixisti, me cum ijs configere, quos de spiroerem non attingere eos, qui plus possent, quibus iratus esse deberem. quarum quidem (quis enim non intelligit quos dicas?) quamquam non est una causa omnium; tamen est omnium mihi probata. me Cn. Pompeius, multis obfistentibus erga me studio, atque amori, semper dilexit; semper sua conuentione dignissimum iudicauit, semper non modo incolumem, sed etiam amplissimum, atque ornatissimum uoluit esse. uestrae fraudes, uestrum scelus, uestra criminat. ones insidiarum mearum, illius periculorum nefarie facta simul eorum, qui familiaritatis licentia, suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus eius impulsu uestro collocauerunt; uestra cupiditates prouinciarum, esse ceperunt, ut ego excluderer, omnesque, qui me, qui illius gloriam, qui rem saluam esse cupiebant, sermonem atque aditu prohiberentur. Quibus rebus est perfectum,

ut

P. 96.

ut illi plane suo stare iudicio non liceret: cum certi homines non studium eius a me alienassent, sed auxilium retardassent. Nonne ad te. L. Lentulus, qui tum erat praetor, non Q. Sanga, non L. Torquatus pater, non M. Lucullus uenire qui omnes ad eum, multiq; mortales oratum in Albanum, obsecratumq; uenerant, ne meas fortunas defereret cum reip. salute coniunctas: quos ille ad e, & ad tuum collegam remisit, ut causam publicam suscipereis, ut ad senatum referretis: se contra armatum tribunum pleb. sine consilio publico decertare nolle; consiliis ex S. C. reipub. defendentibus, se arma suscepturum. Equid, infelix, recordaris, quid responderis? in quo illos omnes quidem, sed Torquatus praetor ceteros, ferebat contumacia responsi tui: te non esse iam fortem, quam ipse Torquatus in consilio fuisset, aut ego: nihil opus esse armis, nihil contentione: me posse iterum remp. seruare, si cessissem: infinitam caedem fore, si restituissem: deinde ad extremum, neq; se, neq; generum, neque collegarum suum, tribuno pleb. defuturum. hic tu hostis, ac prodiuor alius me inimiciorum, quam tibi debere esse dicis? Ego C. Caesarem non eadem de reipub. sensisse, quam me scio: sed tamen, quod iam de eo, his audientibus, saepe dixi, me ille sui totius consulatus, eorumq; honorum, quos cum proximis communicaui, solium esse uoluit, detulit, inuitauit, rogauit. non sum ego propter nimiam fortasse constantiam cupiditatem aduictus ad causam: non postulabam, ut ei carissimum essem, cuius ego beneficiis quidem sententiam meam tradidissem. Aduicta res in certamine, te consule, putabatur, utrum, qua superiore anno ille gessisset, manerent, an rescinderentur. quid loquar plura? si tantum ille in me esse uno roboris, & uirtutis putauit, ut ea, quae ipse gesserat, conciderent, si ego restituissem; cur non ignoscam, si ante posuit

P. B.

fuit suam salutem mea. Sed præterita omitto. me ut Cn. Põpeius omnibus suis studiis, laboribus, vitæ & periculis cõplexus est, cum municipia pro me adiret, Italia fidem imploraret, P. Lentulo consuli auctõri salutis mea frequens assideret, senatui sententiam præstaret, in concionibus non modo se defensore salutis mea, sed etiam supplicem pro me profiteretur: huius uoluntatis eum, quem multũ posse intelligebat, mihi non inimicum esse cognorat, socium sibi, & aduotorem C. Casarem adiunxit. Tam uides me tibi non inimicum, sed hostem: illis quos deserbis, non modo non iratum, sed etiam amicum esse debere, quorũ alter, id quod meminero semper, æque mihi fuit amicus, ac sibi: alter, id quod obliuiscar aliquando, sibi amicior, quam mihi. Deinde hoc ita fit, ut uiri fortes, etiam si ferro inter se cõminus decertarint, tamen illud cõtentionis odium simul cũ ipsa pugna, armisq; ponant. Atqui me ille odisse nõquam potuit, ne tum quidem, cum dissidebamus. habet hoc uirtus, quam tu ne de facie quidem nõsti, ut uiros fortes species eius, & pulchritudo etiam in hoste posita deleat. Equidem dicam ex animo, P. C. quod sentio, & quod, uobis audientibus, sæpe iam dixi, si mihi numquam amicus C. Casar fuisset, sed P. 97. semper iratus: si aspernaretur amicitia meam, seseq; mihi implacabilem, inexpiabilemq; præberet: tamen ei, cum tãtas res gessisset, gereretq; quotidie, non amicus esse nõ possem: cuius ego imperio non Alpium uallum contra assem, transgressionemq; Gallorum, non Rheni fossam gurgitibus illis redundantem, Germanorum inmanissimis gentibus obijcio, & oppono. perfecit ille, ut, si montes resedissent, amnes exaruisissent, nõ natura præsidio, sed uictoria sua, rebusq; gestis Italiam munitã habere mus. sed, cum me expetat, diligat, omni laude dignum pueret, tu me a tuis ini-

mi

micitijs ad similitatem reuocabis? sic tuis sceleribus reipu.
 præterita facta reficabis? quod quidē tu, qui bene nosse
 coniunctionem meam, & Caesaris, eludebas, cum a me tre-
 mētibus omnino labris, sed tamē, cur tibi nomē non defer-
 rem, requirebas. quamquam quod ad me attinet, nūquam
 istam imminuam curam insitendo tibi; tamen est mihi
 considerandum, quantum illis tantis reip. negotijs, tantoq;
 bello impedito ego homo amicissimus sollicitudinis, atque
 oneris imponam, nec despero tamē, quamquam læguet iu-
 uentus, nec perinde, atq; debeat, in laudis, & gloria cupi-
 ditate uersetur, futuros aliquos, qui abiectū hoc cadauer,
 cōsularibus spolijs nudare non nolint, præsertim tam affli-
 cto, tam infirmo, tam eneruato reo: qui te ita gesseris, ut
 timeres, ne indignus beneficio uidereris, nisi eius, a quo
 missus eras, simillimus extitisses. An uero tu parū putas
 inuestigatas esse a nobis labe imperij tui, strageq; pro-
 uincia? quas quidem nos non uestigijs odorantes ingressus
 tuos, sed totis uoluntationibus corporis, & cubilibus per-
 P. B. secuti sumus. Notata a nobis sunt & prima illa scelera in
 aduentu, cum, accepta pecunia a Dyrra. hinis ob necē ho-
 spitis tui Platoris, eius ipsius donū euertisti, cuius sangui-
 nem addixeras, eumque seruis symphoniacis, & alijs mu-
 neribus acceptis, timentem, & multum dubitantem con-
 firmasti, & Tessalonicam fide tua uenire iussisti, quem
 ne maiorum quidem more supplicio affecisti, cum miser
 ille securibus hospitis sui, ceruices subicere gestiret: sed ei
 medico, quem tecum eduxeras, imperasti, ut uenas homi-
 nis incideret; cum quidem tibi etiam accessio fuit ad necē
 Platoris. Pleuratus eius comes, quē necasti uerberibus, si-
 ma senectute cōsuetum. Idēq; tu Rabocentum Bessica gētis
 principē, cum te trecentis talentis regi Cotto uendidisses, se-
 cur

curi percussisti: cum ille ad te legatus in castra uenisset, &
 tibi magna praesidia, & auxilia a Bessis, pedum, equi-
 tumq; polliceretur: neq; eum solum, sed etiam ceteros le-
 gatos, qui simul uenerant, quorum omnium capita regi Cot-
 to uendidisti. Densetetis, qua natio semper obediens huic
 imperio, etiam in illa omnium barbarorum defectione Ma-
 cedonica C. Sestium praetorem tutata est, nefarium bel-
 lum, & crudele intulisti: eisq; cum fidelissimis socijs uti pos-
 ses hostibus uti acerrimis maluisti. Ita perpetuos defen-
 sores, Macedonia uexatores, ac perditores effecisti, uecti-
 galia nostra perturbarunt, urbes ceperunt, uastarunt
 agros, socios nostros in seruitutem abduxerunt, familias
 arripuerunt, pecus abegerunt; Thessalicenses, cum op-
 pido desperassent, munire arcem coegerunt. A te Iouis Vel-
 suri sanum antiquissimum barbarorum, sanctissimumque
 direptum est. tua scelera dii immortales in nostros milites
 expiauerunt, qui cum uno genere morbi affligerentur, neq; p. 9.
 se recreare quisquam posset, qui semel incidisset: dubitabat
 nemo, quin uiolati hospites, legati necati, pacati, atq; socij
 nefario bello laceffiti, fana uexata, hanc tantam efficerent
 uastitatem. Cognoscis ex particula parua scelerum, &
 crudelitatis tuae genus uniuersum. Quid auaritia, quae cri-
 minibus infinitis implicata est, summam nunc explicem?
 generatim ea, quae maxime nota sunt, dicam. nonne sester-
 tium centies, & octogies, quod, quasi uasarij nomine, in
 uenditione mei capitis ascripseras, ex arario tibi attribu-
 tum Romae in quaestu reliquisti? nonne cum CC. talenta
 tibi Apolloniatae Romae dedissent, ne pecunias creditas sol-
 uerent, ultro Fufidium equitem Rom. hominem ornatissi-
 mum, creditorem debitoribus suis addixisti? nonne hiberna
 cum legato, praefectoq; tradidisses, euertisti miseris fundi-

tus civitates? qua non solum bonis sunt exhausta, sed etiã
 nefarias libidinum contumelias, turpitudinesq; subierunt.
 Qui modus tibi fuit frumenti aestimandi? qui honorarij? si
 quidem potest ut, & metu extortum honorarium nomi-
 nari. quod cum pleraque omnes, tum acerbissime Bœotij,
 & Byzantij, Cherronenses, Thessalonica sensit. unus tu
 dominus, unus aestimator, unus venditor tota in provincia
 per triennium frumenti omnis fuisti. Quid ego ritum ca-
 pitalium questiones, reorum pactiones, redemptiones, acer-
 bissimas damnationes, libidinosisimas liberationes profe-
 ram? tãtum locum aliquid cum mihi notum esse senseris,
 tecum ipse licebit, quot in eo genere, & quanta sint crimi-
 na, recordare. Quid illam armorum officinam et quid re-
 cordaris? cum omni totius provincie peccore compulso
 pellum nomine, omnem quaestum illum domesticum, pater-
 numq; renouastis? uideras enim gradis iam puer bello Ita-
 lico repleri quaestu uestram domum, cum pater armis fa-
 ciendis tuis praesisset. qui? uectigalem provinciam, sin-
 gulis rebus, quaecumq; uenirent, certo portorio imposito,
 seruis tuis publicanis a te factam esse meministi? quid,
 centuriatus palam uenditos? quid, per tuam seruulum or-
 dines assignatos? quid, stipendium militibus per omnes an-
 nos a ciuitatibus, mensis palam propositis, se numeratum:
 quid, illa in Pötum profectio, & conatus tuus? quid debi-
 litatio, atque abiectio animi tui, Macedonia pratoria nũ-
 tiata, cum tu non solum, quod tibi succederetur, sed quod
 Gabinio non succederetur, exanguis, & mortuus concidi-
 disti? quid quaestor adilitus reiectus? praepositus legatorum
 tuorum? turpissimus, optimus abs te quisq; uiolatus? tri-
 buni militum non receptus. M. Bebius uir fortis interfectus
 iussu tuo? quid, quod tu toties diffidens, ac desperans rebus
 tuis

tuis in sordibus, lamentis, luctuq; iacuisi? quod populari illi sacerdoti sexcentos ad bestias amicos, sociosque mysticis quid, quod cum sustentare nix posses marorem tuum, dolo remq; decessionis, Samothraciam te primum, inde Thasum cum tuis teneris saluatoribus, & cum Antobulo, Achamante, & Timocle formosis fratribus contulisti? quid, quod cum inde te recipiens, in illa Euchadia, quae fuit uxor Exegisti, iacuisi marens aliquot dies, atq; inde obsoletus Thessalicam, omnibus inscientibus, noctuq; uenisti? qui cum concursum plorantium, ac tempestatem querelarum ferre non posses, in oppidum deuium Beroam perfugisti, quo in oppido cum tibi spe falsa, quod Q. Ancharium non esse successurum putares, animos risum inflasset: quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, inuouasti? Mitto aurum coronarium, quod te diuissime torsit: cum modo uelles, modo nolles, lex enim generi tui & decerni, & te accipere uetabat, nisi decreto triumpho: in quo tu accepta tamen, & deuorata pecunia Vinachorum, centum talenta euomere non poteras; uocabula tantum pecuniarum, & genera mutabas. Mitto diplomata tota in prouincia passim data: mitto numerum nauium, summamq; praeda: mitto rationem exacti, imperatiq; frumenti: mitto ereptam libertatem populis, ac singulis, qui erant afflicti praemis nominatim: quorum nihil est, quod non sit lege Iulia, ne fieri liceat, sancitum diligenter. Aetoliam, quae procul a barbaris disiuncta gentibus, in sinu pacis posita, medio fere Graeciae gremio continetur (ô poena, ô furia sociorum) decedens, miseram perdidisti. Arsinoam, Thracum, Neopactum, ut modo tute indicasti, nobiles urbes, atq; plenas fateris ab hostibus esse captas, quibus autem hostibus? nepe iis, quos tu Ambracia sedens, primo tuo aduertu ex oppidis* Agria

P. 99.

rum, atque Dolopum demigrare, & aras, & focos relinquere coegisti. Hoc tu in exitu, præclare imperator cum tibi ad pristinas clades accessio fuisset, Aetoliæ repentinus interitus, exercitum demisisti: neq; ullam pœnam, quæ tanto facinori deberetur, non maluisti subire, quam numerum tuorum militum, reliquiaq; cognoscere. Atque ut deorum Epicureorum similitudinem in re militari imperioque uideatis: Albuçius cū in Sardinia triumphasset, Romæ damnatus est: hic cum similem exitum * spectaret, in Macedonia trophæa posuit: eaque, quæ bellicæ laudis, uictoriaeque omnes gentes insignia, & monumenta esse uoluerunt, non ster, hic præposterus imperator amissorum oppidorum, caesarum legionum, prouinciæ præsidio, & reliquis militibus orbata ad sempiternum dedecus sui generis, & nominis indicia constituit. idemq; ut esset, quod in basi trophæorum incidi, inscribiq; posset, Dyrrachium ut uenit, decedens, obsessus est ab iis ipsis militibus, quos paullo ante Torquato respondit beneficij causa ab se esse dimissos, quibus cum iuratus affirmasset, se, quæ deberentur, postero die persolaturum, domum se abdidit: inde nocte intempesta crepidatus ueste seruili nauem conscendit, Brundisiumq; uitauit, & ultimas Hadriani maris oras petiuit: cū interim Dyrrachij milites domum, in qua istum esse arbitrabantur, obsidere cœperunt, & eum latere hominem putarent, ignes circumdederunt, quo metu commoti Dyrrachini, profugisse noctu crepidatum imperatorem indicauerunt, illi autem statuam istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco uoluerat, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuant, dissipant: sic odium, quod in ipsum attulerant, id in eius imaginem, ac simulacrum profuderunt. Quæ cum ita sint, non dubito, quin, cum hæc, quæ

qua excellunt, me nosse uideas, non existimes, mediam il-
 lam partem; & turbam flagitiorum tuorum mihi esse in-
 auditam nihil est, quod me hortere; nihil est, quod inuites.
 admoneri me satis est: admonēbit autem nemo alius, nisi
 reipub. tempus: quod mihi quidem magis uidetur, quam tu
 unquam arbitratus es; appropinquare. Ecquid uides, ec-
 quid sentis, lege iudiciaria lata, quos posthac iudices simus
 habituri? non aequalegetur quisquis uoluerit: nec, quisquis
 noluerit, non legetur. nulli conuicietur in illum ordinem,
 nulli eximentur: non ambitio ad gratiam, non iniquitas ad
 simulationem * conuictetur: iudices iudicabunt ij, quos lex
 ipsa, non quos hominum libido delegerit. Quod cum ita
 sit, mihi crede, neminem inuitum* inuitabis: res ipsa, & rei-
 pub. tempus aut me ipsam, quod nolim, aut alium quem-
 piam, aut inuitabit, aut debortabitur. Equidem, ut paullo
 ante dixi, non eadem supplicia esse in hominibus existimos,
 quae fortasse pleriq; dānationes, expulsiones, neces: deniq;
 nullam mihi pœnam uidetur habere id, quod accidere in-
 nocenti, quod forti, quod sapienti, quod bono uiro, & ciui
 potest: Damatio ista, quae in te flagitatur, obtigit P. Ru-
 tilio: quod specimen habuit hæc ciuitas innocentia. Maior
 mihi iudicum, & reipub. pœna illa uisa est, quam Rutilij.
 L. Opimius electus est a patria, is qui prætor, & consul
 maximis rempub. periculis liberarat: non in eo, cui facta
 est iniuria, sed in iis, qui fecerunt, sceleris, ac conscientia
 pœna remansit. At contra bis Catilina absolutus: emissus
 etiam ille auctor tuus provinciae, cum stuprum Bonæ deæ
 puluinaribus intulisset, quis fuit in tanta ciuitate, qui il-
 lum incesto liberatum, non eos qui ita iudicauerunt, pari sce-
 lere astrictos arbitraretur? An ego expectem, dum de te
 quinque, & septuaginta tabellæ diribantur, de quo iam-

pridem omnes mortales omnium generum, etatum ordi-
 num indicauerunt? quis enim te aditu, quis ullo honore,
 quis denique communi saluatione, dignum putet? omnes
 memoriam consulatus tui, facta, mores, faciem denique, ac
 nomen à repub. detestantur. Legati, qui una fuere, al' enati:
 tribuni militum inimici: centuriones, & si qui ex tanto
 exercitu reliqui milites existunt, non dimissi abs te, sed
 P. B. dissipati te oderunt, tibi pestem exoptant, te execrantur.
 Achaia exhausta, Thessalia uexata, laceratae Athenae,
 Dyrrhachium, & Apollonia exinanita, Ambracia dire-
 pta, Parthini, & Bulienses illusi, Epirus excissa, Locri,
 Phocij, Bœtj exusti, Acarnania, Amphilochia, Perrhe-
 bia, Athamanumque gens uendita, Macedonia condonata
 barbaris, Aetolia amissa, Dolopes, finitimiq; montani op-
 pidis, atq; agris exterminati: ciues Romani, qui in iis lo-
 cis negotiantur; te unum, solum suum depeculatorem, ue-
 xatorem, prædonem, hostem, uenissè: senserunt. Ad horum
 omnium iudicia tot, atque tanta domesticum iudicium ac-
 cessit sententiæ damnationis tuæ, occultus aduentus, fur-
 titium iter per Italiã, introitus in urbem desertus ab ami-
 cis, nullæ ad senatum e prouincia litteræ, nulla ex trinis
 æstiuis gratulatio, nulla triumphus mentio: non modo, quid
 gesseris, sed ne quibus in locis quidem fueris, dicere audes.
 Ex illo fonte, & seminario triumphorum cum arida folia
 laureæ retulisses, cum ea abiecta ad portam reliquisti, tum
 tu ipse de te* FECISSE VIDERI pronuntiasti. qui
 si nihil gesseras dignum honore, ubi exercitus? ubi sum-
 ptus? ubi imperium? ubi illa uberrima supplicationibus,
 triumphisq; prouincia? sin autem aliquid sperare uolueras,
 si cogitaras id, quod imperatoris nomen, quod laureati
 fascis, quod illa trophæa plena de decoris, & risus te com-
 mex

mentatum esse declarant, quis te miserior, quis te damna-
 tior, qui neq; scribere ad senatum, a te bene rempub. esse
 gestam, neq; praesens dicere ausus es? An tu mihi cui si m- P. 101.
 per ita persuasum fuerit, non cuētis, sed factis cuiusq; for-
 tunā ponderari, neq; in tabellis paucorum indicum, sed
 in sententijs omnium civium famam nostram, fortunamq;
 pēdere, te indemnatum uideri putas, quem socij, quem se-
 derati, quem liberi populi, quem stipendiarij, quem nego-
 tiatores, quem publicani, quem uniuersa ciuitas, quem le-
 gati, quem tribuni militares, quem reliqui milites, qui ser-
 ruus, qui famem, qui mortem effugerunt, omni cruciatio
 dignissimum putant? cui non apud senatum, non apud ul-
 lum ordinem, non apud equites Romanos, non in urbe, non
 in Italia maximorum scelerum uenia ulla ad ignoscendum
 dari possit: qui seipsum oderit, qui metuat omnes, qui suam
 causam nemini cōmittere audeat, qui seipsum condemnet.
 Numquam ego sanguinem expetiui tuum. numquam illud
 extremum, quod posset esse improbis, & probis commune
 supplicium, legis, ac iudicij: sed abiectum, cōtemptum, de-
 spectum a ceteris, a te ipso desperatum, & relictum, cir-
 cumspēctantem omnia, quidquid increpuiisset, pertimescē-
 tem, diffidētem tuis rebus, sine uoce, sine libertate, sine au-
 thoritate, sine ulla specie consulari, horrentem, trementem,
 *adulantem omnes uidere te uolui: uidi. Quare, si tibi tue-
 nerit, quod metuis, ne accidat, equidem non moleste feram:
 sin id tardius forte fiet, fruor tamen tua indignitate: nec
 minus libenter metuentem uidebo, ne reus fias, quam reli-
 nec minus letabor, cum te semper sordidum, quam si paul-
 lister sordidatum uiderem.